



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

142 Ratio cur non admittantur procuratores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

res, ea multiplex reddi posset: nobis in praesentia pro ratione sufficit litium pro crastinatio protractioque miserrima pluribus procuratoribus interuenientibus; alio scilicet alterius absentiam frequenter causaturo & eius praesentiam desideraturo morasque semper alias ac alias nexuro, non sine grauissima vexatione colligantis: & quod alioqui satis praclare cum litigantibus agatur si vel vnico sibi liceat hinc inde vti procuratore; cum ad lites mature finiendas & ad veritatem facilius & citius eruendam plurimum faciat interuentio semper personalis. vnde priscis temporibus non temere neque promiscue procuratoribus vti liberum fuit ne in causis quidem ciuilibus nedum criminalibus. Institut. de iis per quos ager. poss. in princ. Sed haec de Procuratoribus adhibendis vel non adhibendis obiter haecenus.

142
Ratio cur plures non admittantur procuratores.

Ait Pont. *inter se tractare coepissent.* Quærunt hic Interpretes plerique omnes an solum tractare de permutandis beneficiis prohibitum sit quemadmodum prohibita est ipsa permutatio vel ipsum permutare. Ac Glossographus quidem noster in verb. *tractare* sic aperte sentit. alatis ad hoc praecedentibus aliquot capitulis, id minimè tamen probantibus, cum loquatur de ipsamet permutatione iam perfecta. Glossographum sequuntur Innocentius & Petrus Ancharanus, hac praecipue moti regula iuris in 6. cum quid prohibetur, prohibentur omnia quae sequuntur ex illo, vel etiam quae preparant viam ad illud. quem in finem simul allegant

143
Tractatus de permutandis beneficiis an sit prohibitus.

